

1275, setembre, 11

Bernat Messeguer, de Millàs, ven a la seva germana Guillem a un casal o solar situat a Millàs, pel preu de 100 sous.

ASD núm. 231, perg. orig., 170 x 190 mm.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus Mesegerii de Miliariis, per me et per omnes meos successores uendo tibi Guilielme sorori mee et tuis et cui uolueris perpetuo totum illum casallum terre siue solum quod habeo et teneo apud Miliars iuxta domum tuam, et affrontat de oriente in dicta tua domo, de meridie in honore Berengarii Stephani, de accidente in domo Petri Regis, de circio in carerio. Predictum quidem casallum siue solum terre cum exitibus et ingressibus et tenedonibus et pertinenciis suis et fundamentis et parietibus et solo et superposito et cum omnibus melioramentis ibi factis et faciendis de abisso usque ad nubes, prout melius et plenius <<lici>> uel intelligi potest ad tuum tuorumque comodum et utilitatem uendo tibi et tuis et cui uolueris in perpetuum precio centum solidorum barchinonensium monete de terno, quos a te numerando recepisse confiteor, excepcioni non numerate pecunie et legi qua deceptis ultra dimidiam iusti predi succurritur, renunciando, mittendo inde te in presenti de predictis in corporalem et uacuam possessionem ad omnes tuas et tuorum uoluntates omni tempore faciendas, saluo iure domini Bernardi de Belmiray et suorum successorum, cui dabis annuatim pro censu unam quarteriam pulcri frumenti ad mensuram rectam de Monellis in festo Sancti Felicis, promitendo tibi quod dictam uendicionem fadam tibi et tuis tenere et habere et possidere semper in pace contra cunctas uiuentes personas, et de euictione et omni interesse obligo tibi et tuis me et meos successores et omnia bona mea habita et habenda ubique. Et si aliquo iure scripto uel non scripto huic uendicioni obuiam ire possem, illi iuri penitus renuncio.

Actum est hoc .m. idus septembbris anno Domini .MCCLXX. quinto.

Sig+num dicti Bernardi Mesegerii, qui hoc lauda et firmo. Guilielmus de Capiteuilla et Ferrarius de Pradella et Petrus Massoti de Miliariis huius rei testes. (s. man.) Bernardus de Pulcromirali*.

Ego Bernardus de Matha, capellanus Sancti Iacobi de Monellis, qui mandato Petri de Quintanis, publici scriptoris de Monellis, hoc scripsi et apposui meum (s. man.). (s. man.) Petri de Quintanis, publici scriptoris de Monellis, qui hoc subscrivo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 479-480